Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Pauperes · i(n) dignitate gr(adus).
Debiles · i(n) dignitate mediocr(es).
Ceci · fide.
Claudi · devotione.

et malas · et ueniamus ad cenam · qua intrinsecus saginemur. Non nos impediat extollentia superbie · non nos extollat. vel non nos terreat curiositas inlicita · et auertat a deo; non nos impediat uoluptas carnis · a uoluptate cordis. Veniamus et saginemur. Et qui uenerunt · non mendici · debiles claudi ceci. Illuc autem non uenerunt diuites sani · quasi bene ambulantes · et acute cernentes · multum de se presumentes · et ideo desperatiores · quanto superbiores. Veniant mendici quia ille inuitat · quippe nos pauper factus est · cum diues esset · ut illius paupertate mendici ditaremur. Veniant debiles · quia non est opus sanis medico sed male habentibus. Veniant claudi qui ei dicant · compone gressus meos in semitis tuis; Veniant ceci qui dicant · illumina oculos meos · ne umquam obdormiam in morte. Tales uenerunt ad horam. Illis prius in(uitatis) sua excusatione reprobatis; uenerunt ad horam intrauerunt de plateis et uicis ciuitatis. Et respondit seruus qui missus erat. Domine · factum est quod iussisti · et adhuc locus est. Exi inquit in uias et sepes · et quos inueneris coge intrare. quos inueneris ut digneentur · coge intrare · magnam cenam · magnam domum paraui; non ibi patior locum uacare. Venerunt de plateis et uicis gentes · ueniant de sepibus · heretici · hic pacem inueniunt. Nam sepes qui constr(uunt) diuisiones querunt. Trahantur a sepibus · euellantur a spinis. In sepibus heserunt cogi nolunt; uoluntate nostra inquit intremus. foris inueniatur necessitas · nascetur intus uoluntas ·

In hoc d(omi)n(u)s imperat. coge inquit intrare.

. XXXIIII .

In lectione euangelica quam audiuimus de homine dictum est · qui habuit duos filios;